

- lib. 2. comm. opinio. tit. citationi. n. 332. qui in princ. n. 20.
- 141 probat non requiri citationem, quando Princeps procedit extrajudicialiter, post Paris. cons. 1. vol. 1. & in consil. 101. eodem volum. decis. Neapol. 69.
- 142 Hæc adduxi, ut deposito omni scrupulo, & difficultate liberè fateatur, ut hæc imitatio non sit citatio, supponens jurisdictionem, & judicialem cognitionem, sed nuda monitio, citatorio, & incitatio extrajudicialis, quam etiam judex secularis expedire potest ex hæcenus probatis.
- 143 Quartò notandum est, quòd hujusmodi ordinariæ intimatione facta, adhuc expectanda est in Senatu pars appellata, vel ejus procurator, per illam, scilicet terminum appositum in d. ordinaria, pro exportatione, & immisione processus, etiam si hic pervenerit, eo non dum transacto, quia illud idem tempus assignatum est dictæ parti appellatæ, interimque suspenditur processus inspectio, quod communiter practicamus.
- 144 At si pars appellata post ordinariæ intimationem pervenerit ad Senatum, si querelans absens sit, pariter per illummet terminum expectatur, & actorum visio, ut eo transacto, si omnia acta in Senatum venerint, & provisio cum omnibus diligentis; scilicet judicis, & tabellionis intimatione, instante parte appellata, statim (etiam querelante absente,) inspicitur processus. Si autem dicto termino transacto querelans non sit præsens, & secum habeat dictam provisionem ordinariam; solet Senatus, petente parte præsentate, aliam Regiam ei provisionem concedere, ut conquerenti intimatur, quòd sua ordinaria utatur, & articuli violentiæ cognitio suspendatur, donec eidem appellatæ parti iterum ordinariæ fiat nova intimatio, aut aliquando (rarò tamen) aut illi reficiantur interim expensæ, præstandæ per querelantem; juxta ea quæ inferius dicenda sunt circa declarationem nostræ legis 36. in fin. ibi: Con condemnation de costas si les pareciere, & quandoque etiam utrumque conceditur.
- 147 Si tamen conquerens in Senatu noluerit uti provisione ordinaria sibi concessa, hoc animo, & intentione differendi, scilicet, hac via recursus & impediendi cursum negotii coram ecclesiastico; tunc si appellatus, in cujus favorem judex dicitur vim fecisse, compareat in Senatu hoc idem proponens per libellum, solet ei dari provisio, querelanti intimanda, ut ordinaria sua utatur intra brevem terminum assignatum: Con apercimiento, que si dentro del no usare della, se boloveran los autos al notario ecclesiastico, & aliquando solum dicitur, con apercimiento tantum, alio non expresso. Sed licet non exprimat, tacitè subintelligitur, ut scilicet, transacto termino sibi assignato, non utatur dicta ordinaria ad petitionem partis indubitanter reddi jubentur acta ecclesiastica Notario absque eorum inspectione, cognitione violentiæ, nec determinatione ut judex ecclesiasticus in causa procedat, quod justissimum est; ex eo namque consultur clerici expeditioni cognitionis per viam violentiæ, juxta nostram l. Regiam: el qual trahido sin dilacion lo vean, cujus intentioni hoc modo rectè satisficit; tum etiam commodè malitiosis querimoniis obviatur, ne tam salubri recursu Regio abutatur, neque remedium ad præsidium innocentium inventum, sit vinculum iniquitatis: textus est in cap. suggestum, & ibi Philip. Franc. notab. 2. & ceteri Doctores de appellatio. Scacia eodem tractatu de appell. q. 3. sub n. 1. & hoc jure utimur.
- 149 Sed successivè quarto, data provisione ordinaria, qua judex ecclesiasticus rogatur, ut per terminum 60. dierum absolvat excommunicatum appellantem, interim dum processus trahitur, & inspicitur in Senatu super articulo violentiæ, & extrajudicialis defensionis, & protectionis de qua praxi etiam testatur Covar. in pract. quest. c. 35. sub n. 3. in princ. vers. & rogatur judex, Guttier. de jur. consil. 1. p. cap. 2. n. 26. Llamas. p. method.
- cap. 7. §. 29. subdens, hæc non esse contra libertatem Ecclesiæ. Cæned. in canon. q. 45. n. 20. Bobadill. in polit. lib. 2. c. 18. num. 63. Navarr. in cap. cum contingat, rem. 1. in princ. vers. pro hoc remedio, &c. an judice hujusmodi absolutionem recusante, aut etiam differente, aut negante suspendatur in Senatu actorum inspectio, & violentiæ cognitio, donec absolutionem concedat: in super an ad id cogi possit judex ecclesiasticus: Et videtur quòd sic. Primò quoniam excommunicatus nec in judicio, nec extra judicium est communicandus, & participans cum excommunicato declarato incurrit excommunicationem, & ideo in judicio non auditur maxime agendo, prout hic, quia ipse proponit querelam ac ideo actoris vices sustinere videtur: ergo interim hoc stante impedimento, violentiæ cognitio erit suspendenda.
- Secundo, & alterius comprobatur, quia licet appellatio judicialis sit defensio, & per consequens etiam sit excommunicato interponere, uti reo necessario, licitum, ut probat Sigism. Scacia tractatu causar. civil. & crimin. lib. 1. c. 2. a n. 179. & c. 9. num. 1024. & in tractatu de appellatio. q. 5. n. 6. tamen in appellatione extrajudiciali non procedit, quia ea uti, excommunicato prohibetur, probant Abb. in c. bone memoraria 51. n. 10. & ferre n. 8. Philip. Franc. n. 25. vers. undecimo licet, Card. Alex. sub num. 54. differen. 2. Decius num. 29. differen. 8. de appellat. Rebuff. in tractatu de appell. in prefatio. n. 61. tom. 3. fol. 480. Gregor. Tholos. in tractatu de appell. lib. 1. cap. 11. n. 3. differen. 11. fol. 91. & Scacia locis proximè citatis. Ergo à fortiori dicendum est in nostra casu, ubi datur recursus ad Regem, quem esse remedium extrajudiciale, nemo dubitabit, & nos probavimus supra, cap. pralud. 5. per totum, ideo excommunicatus, nec eo uti poterit, nec processus inspectio facièda est, interim dum non absolvitur ab excommunicatione.
- Tertiò deinde & fortiter repugnat, nam is judex ecclesiasticus, licet exhortetur ad absolutionem per viam Rogitus, scilicet; Rogamos, y encargamos, & non per viam præcepti, sit concepta provisio Regia, nihilominus ad relaxationem excommunicationis adstringi videtur; quia Rogitus Principis, & Superioris inducit mandatum, & præciam necessitatem, scilicet. in l. si vero, C. de adulter. Abb. in c. fin. de for. compet. facit gloss. in clem. pastor al. verb. de more, de rejudicata. gloss. in verb. pignora, in l. unica, C. si rector provincia. gl. verb. quem admodum, in l. 1. ff. quod quisque jur. singularis secundum B. in tractatu de tyrannid. n. 23. Innocent. petitio de jur. rejur. Andr. de Iller. in cap. si quis miles, de feud. sine culp. non amit. III. in §. quadrupli. n. 8. l. instit. de actio. Alex. consil. 124. vol. 1. n. 4. Barb. consil. 60. column. 6. vers. sic capio nunc, vol. 1. Avil. in cap. prato. verbo mandamentos. n. 7. Tirac. de pen. temperan. cap. 35. n. 1. cum seqq. similis gloss. in l. 1. §. que oneranda, verb. metu sol. ff. quarum rerum actio non detur, & ibi aditio. & in clem. 1. verbo exhortamur, de testibus, facit text. in c. beatus. 7. quest. 1. c. Rogo 11. q. 3. Azeved. in l. 2. tit. 1. l. 4. nova recopil. in fin. Rebuff. in concordat. in rub. de collation. §. volumus, in princip. pag. 413. Bartholom. Hum. in l. 49. tit. 6. pag. 1. gl. 3. num. 7. in prin. Afflic. decis. 69. n. 5. Bobadil. in polit. lib. 2. cap. 28. n. 63. Menoch. de arbit. 2. cas. 344. n. 13. Cæned. in q. canon. q. 45. n. 20. quoniam scilicet Bobadil. & Cæned. item & Henr. in Summa post alios lib. 14. cap. 12. n. 6. litera. C. tenent in hac provisione, qua rogatur absolvi, ergo sequitur quòd cum teneatur præcisè judex adimplere Rogitus, debeat etiam expectari, ac suspendi articulus violentiæ.
- Contrariam tamen sententiam in utroque esse veriorè existimo de jure & stylo & in primis supponendum est, quòd licet excommunicatio lata post legitimam appellationem à judice ecclesiastico interjecta, sit nulla ipso jure, textus est in c. ad præsentiam, & ibi Philip. Franc. de appellat. & in c. sepe, in gloss. verb. rat. n. 3. & in

- 156 & in c. pervenit, in 3. nota eodem tit. Angel. consil. 118. Lap. allegatio. 1. n. 2. Philip. Franc. in c. solet, de sentent. excom. l. 6. Rot. decis. 10. de appellat. in novis, Lancelor. de attent. 2. p. c. 12. amplia. 8. n. 3. de quo nos latius alibi suo loco tractavimus.
- 157 Tamen ubi appellatio legitima non est, nec utrumque effectum habens, cum tunc judici permittatur à jure sententiam suam exsequi, poterit licitè contumacem condemnatum pro ejus executione excommunicare, forma Tridentini servata, c. 1. & 2. de adult. riiis, cap. ex literis, cap. sicut, & cap. requisivit, de sponsal. cap. de illis, c. ex literis, & Felin. in c. 1. n. 12. de pace, alios citat Rota noviss. 25. per totum in recollet. per Prosp. Farin. fol. 10. Thom. Sanch. de matr. lib. 1. disp. 29. Joan. Garc. de matr. 1. p. c. 15. à princ. Franc. Cardin. Manti. tractatu de contract. tom. 1. l. 3. tit. 18. Lancelor. de attent. 2. p. cap. 12. lim. 50. n. 118. & 119. Nicol. Garcias de benef. 1. p. c. 5. n. 586. Cæsar. Contar. in l. uni. limi. 16. in fin. & n. 20. C. si de momen. poss. Galleff. ad formam Camera oblig. in 2. p. 3. princ. in cap. reliqua, de processu, 42. junctis iis quæ scribit n. 38. & seqq. fol. 363. Marchessa. de commiss. 1. p. c. 13. n. 1. Cardin. Tuse. pract. conclus. litera A. conc. 40. 10. n. 9. qui loquuntur in primo Casu Concilii Trid. sess. 23. de reformat. c. 1. ante fin. & sess. 25. de reformat. c. 3. per totum, Marta de jurisd. 3. p. c. 4. a n. 15. & seqq.
- 158 Quo supposito censeo dictam ordinariam consultò uti verbi Rogitus, quoniam cum vis, & potestas hujus defensionis naturalis consistat in violentia notoria, & evidenti quæ aliter non apparet, quam per inspectionem actorum (ut hæcenus diximus) ideo non potest Senatus, interim dum processus non inspicitur, si per el les constare que la appellacion esta legitimamente, &c. juxta nostram legem Regiam 36. adstringere judicem Ecclesiasticum, ut ab excommunicatione (quæ violenta non constat) desistat, quia tunc foret excedere modum legitime defensionis, & limites inculpatæ tutelæ.
- 159 Et clariùs hoc idem ex eo colligitur, qui etiam eadem ordinaria, quia jubetur judici, ut deferat si justam appellationem repererit, illum tamen ad id non adstringit, sed ejus merè facultati relinquat, nec in illum denegantem delationem emittitur secunda justio (quæ sobro carta dicitur) ex eo, quia cum non constat de violentia, non potest illi præcipi, sed exhortari, & monere (ut latius ad princ. diximus post alios Doctores) ergo minis in absolutione excommunicationis 160 juxta Concilium Tridentinum sess. 25. de reformat. n. 3. ibi: Prohibere judici ecclesiastico, ne quem excommunicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, &c. quod procedere diximus; quando non servatur modus legitime defensionis.
- 161 Deinde quoniam tunc non servati modum legitime defensionis, & excedi limites inculpatæ tutelæ; diximus supra, ad princ. hujus cap. quando id fit sine quo poterat vis tolli, & periculum evitari: gl. celebris in cap. significasti, de homic. Bart. in l. 1. C. unde vi, Abb. in cap. olim 15. de restit. spolia. l. sciendum, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. Bal. Cyn. & communiter omnes Doctores in l. 1. Cod. unde vi, Bart. in l. furem, in fin. ff. de scariis, communiter per Doctores in leg. ut vim, ff. de just. & jur. & in l. 1. §. vim, ff. de vi, & vi arma. Angel. in tract. de mal. in gl. verbo defendendo, plenè profequitur Farin. in consil. cr. 35. n. 31. cum seqq. & latius probavimus supra, à princ. hujus cap. quæ omnia hic applica.
- 162 Sed hæc excommunicati absolutio, de qua judex ecclesiasticus rogatur, nec est necessaria ad tollendam violentiam, nec in aliquo potest esse impedimento antecedente, nec consequente, quominus cognitio, & inspectio processus per Senatores fiat, ergo illam concedere judex adstringendus non est, quia foret excedere limites defensionis.
- Salgado de protect. Reg.
- Quòd non sit necessaria, nec impedimentum, probatur quoniam (ut sæpe diximus præcipue c. 1. pral. 5. & 1.) hic recursus Regius est naturalis, & nuda defensio, sed excommunicatus defendendo, etiam in judicio admittendus est, nec illam communicans necessitate negotii ligatur, c. exceptionem, de exceptio. quod & ideo ad appellationem judicalem, quatenus est species defensionis, admittitur excommunicatus, ut probant Scacia, Abbas, Philip. Franc. Gregor. Tholos. Dec. Rebuff. & Cardin. Alexand. supra citati in 3. arg. contraria partis (quidquid sit in extrajudiciali, ut statim) & in nostris terminis, ut excommunicatus possit uti recursu Regis pro nuda defensione violentiæ sibi illatæ, probat Rot. in una Salmanti. anno 1595. quam citat Farin. 68. n. 13. & 14. in decis. causar. criminal. quam adduximus ad literam supra, c. 1. ad responsonem tertii argumenti; quæ in fin. ita ait: Præterea excommunicatus auditur pro defensione suæ possessionis, c. intelleximus, de judic. Menoch. de retinen. rem. 3. n. 811. cum seq. ergo cum non sit necessaria absolutio ad hujusmodi defensionem, & Regium auxilium, impartiendum, nec suspendenda est actorum inspectio, & violentiæ cognitio, nec judex ecclesiasticus ad illam præstandam recusans cogendus est.
- Nec huic obstat, quod supra diximus in secundo argumento contrarie partis, scilicet; appellatione extrajudiciali non posse excommunicatum, quia facilis patet, & eligans responsio rationis imparitate, quæ inter illam, & nostrum Regium recursum viget. Etenim iste summus est gradus naturalis defensionis; illa autem & sic appellatio extrajudicialis nihil habet defensionis, sed vim habet conventionis, ut ex Abb. & Gail. probat Scacia tractatu de appell. d. quest. 5. sub d. n. 6. vers. confirmatur, quest. 2. art. 3. n. 46. differ. 11. & quest. 7. nu. 52. & quest. 5. ampliat. 12. n. 43. & 44. & cum excommunicatus non possit convenire, & agere, ergo nec ita appellare extrajudicialiter, ut argumentatur Scac. d. n. 6. & maxime quoniam tota hæc doctrina procedit, quando appellatur extrajudicialiter à parte; quia tunc vim habet conventionis & citationis, quia dicitur provocatio; secus autem quando appellatur à judice extrajudicialiter, quia tunc permittitur excommunicato, tanquam defensio, ita latè Scacia in d. q. 5. n. 7. & q. 2. n. 46. & aliis locis citatis; ubi alios plures citat, quibus directè & legitime satisfactum est 1. & 2. argumento contrarie partis.
- Nec obstat tertium, & ultimum, quo dicebamus, 169 Rogitum Principis inducere præceptum, & mandatum; quia responderur, verum esse, & procedere in iis casibus, in quibus superior potest præcipere, & mandare, non verò in alteris: ita distinguendum esse in hoc articulo, eleganter docet Castell. à Bobadill. in polit. lib. 2. cap. 18. n. 56. ad fin. sed in isto casu particulari (quando scilicet rogatur judex ecclesiasticus, absolvente ante actorum inspectionem, & antequam de violentia per evidentiam, atque notoriè appareat cessat potestas Principis, quæ ad solos limites necessariæ, & legitime defensionis limitata est, quia tunc non continet sub meris limitibus defensionis, sed aliud faceret, quàm quod ad protectionem, & propulsandam vim, fuisset necessarium (ut probatum est) ergo verbum, rogo, in dicta provisione ordinaria suam pro- 171 priam literalem retinet significationem, cum aliam non patiatur natura negotii, & subiecta materia, ac Bulla in ccena domini cap. 14. ibi, sub prætextu violentiæ prohibenda,) de quo nos supra, à princ. hujus capituli, & ideo ad Cæned. Henr. & Bobadill. in fin. 3. arg. citatos responderur, ut procedant, & loquantur in provisione, quæ potest inspectione actorum inferro decreto, 172 quo vim fieri, declaratur, & excommunicationum absolutionem rogatur judex, quia tunc cum cessent prædicta inconvenientia, & princeps ex debito officii teneatur, F 3 obviare

obviare, resistere, & præcipere judici Ecclesiastico, ut omnino desistat à violentia, Rogitus tunc præceptum inducit, inferius apparebit.

173 Fateor tamen, quòd iudex Ecclesiasticus urbanitate adstrictus, & ut debitus honor tanti Principis regalibus supremis tribunalibus deferatur, teneretur Regio Rogitu moveri, & propria liberalitate uti ad absolutionem præstandam, non secus ac si privatim per literas missivas (prout revera sunt hæc provisiones de ruego) id ei fuisset postulatum, à quo urbanitas nec liberat, nec excusat, quoniam ad illum rogandum expeditur.

174 Quare vulgaris praxis, & stylus in hoc casu obtinuit, ut denegata absolutione, & suspensione interdictorum ad reincidentiam, de quo iudex rogabatur, si forte periculum est in mora, secunda solet provisio, vulgò dicta *sobre carta de ruego* ad eundem effectum, per viam rogitus postulanti concedi, non tamen sub aliqua comminatione, nec etiam expensarum, quia non quidquid iudicis potestati relinquitur, id submittitur

175 juris necessitati, l. non quidquid, ff. de iudic. & quia liberalitas nullo jure cogitur, l. donatio, ff. de reg. jur.

176 arg. leg. rem legat. ff. de adimen. legat. & leg. in re mandata, C. mandati. & ideo penarum insertio foret contra substantiam & naturam actus, & ejus primo mobili, & fundamento repugnaret, quod merito vitari debet, argum. l. cum precario, quæ ibi notant gloss. & Doctores, ff. de precar. & hoc modo per viam Rogitus moti fuere Senatores, rescribere Ecclesiastico, præcipue propter semetipsos, cum possent forsitan facile excedere

177 permisos, & necessarios communicationis cum excommunicato terminos, & juridicos limites, attendentes etiam tutius, & securius esse, eundem etiam defendentes, vitari, ne in tribunali degat sic interdictus & excommunicatus, forsitan cum aliorum circumstantium scrupulo, & scandalo, quibus quidem rationibus moveri omnino debet iudex Ecclesiasticus, ad hujusmodi absolutionem sibi rogatam, non negandam saltim (ut dixi) ex urbanitate. De qua etiam praxi testatur ille Præcti. Monterosse, n. 5. tractatu de Chancell. cap. 2. de la segunda manera en que se trahen, &c. §. si notificanda est a provision, ad med. fol. 93. attamen si periculum non est in mora, præsertim si jam processus

178 Ecclesiasticus ad Curiam pervenerit, solet aliquando simulari, ita ut vicissim, secunda provisio negetur, vicissim autem pro temporum, personarum, an negotiorum qualitate conceditur, & ut plurimum simulata negatione absolutionis proceditur ad inspectionem processus, & secundum quæ ex eo colligitur, discernitur articulus violentiæ, quam praxim pariter testatur ipse Monter. loco citato.

179 Alia etiam provisio (de ruego vulgò dicta) concedi solet postulanti excommunicato, quæ principaliter tendit ad absolutionem rogandam, interim dum processus inspicitur, & articulo violentiæ extrajudicialis cognitio adhibetur, ac denique terminatur, facta accessoriè, & obiter principalis articuli relatione, demonstrationis gratià duntaxat, quod tunc etiam accidit, quando, scilicet, tempus, pro quo ad reincidentiam semel virtute ordinariæ absolutus fuerat, lapsus fuisset ante actorum inspectionem, & articuli terminationem, ex eo præcipue, quia terminatio dilata est, vel quia hæc dilatio contingit culpâ negligentis notarii non mittentis acta originalia aut etiam iudicis Ecclesiastici, vel ob concursum negotiorum litigantium in Senatu, aut negotii difficultatem, & ejus difficilem resolutionem maturè considerandam, & sic alia justa de causa, nova hæc provisio conceditur, & secundum proximè superiorem distinctionem etiam solet dari, vel etiam negari secunda provisio ejusdem, nempe; *sobre carta*, & ex eisdem causis, & qualitatibus, cum eadem sit in effectu.

Quibus si celeriter, omnique dempta, & sublata dilatione, expeditis, inspicitur processus à Senatoribus: *Y si por el les constare, que la appellacion esta legitimamente interpuesta, quando la fuerça, provenan, que el tal juez la otorgue, porque las partes puedan seguir su justicia ante quien y como devan*, que sunt verba nostræ legis Regiæ; 6. que quidem verba magna includit utilissima, ex quibus quidem plura deducenda sunt notabilia in praxi.

Et primùm ut ex eisdem colligitur, Regii Consilia- 181 rii in hac violentiæ extrajudiciali cognitione non se intromittunt in causa, & negotii principali, nec circa justitiam, aut injustitiam sententiæ, à qua est appellatum, ad hoc. ut ab ipsi sententia confirmetur, vel revocetur, nec de justitia, aut injustitia appellationis deferendæ ad summum Pontificem; sed duntaxat de natura, qualitate appellationis, notoriè apparentibus ex actorum inspectione, an utrumque habeat effectum suspendendi, scilicet sententiæ executionem; & devolvendi ad superiorem, vel unum tantum effectum devolutivum, scilicet, ita ut iudex Ecclesiasticus licet ad executionem queat procedere ad hoc ut unde tegatur violentia, an iudex illam commiserit, non deferendo, & exequendo, utque eadem vis tollatur, quæ adversus sacros Canones, & auctoritatem Sedis Apostolicæ insertam appellanti, Martin. Navarr. in cap. cum contingat, rem. 1. versic. 7. Covar. practico, quest. cap. 35. sub num. 3. circa prin. & versiculo nec Regii Consilarii, Gaspar Rodriguez de annu. reddit. libro 1. cap. 17. n. 74. Olivian. tractatu de jur. fise. cap. 11. à n. 5. usque ad 54. Sese de inhibito, cap. 8. §. 3. sub num. 70. & ulterius in Epistol. ad Regem, n. 72. & 73. n. 54. & 65. & idem Olivian. d. tractatu de jur. fise. cap. 30. n. 80. & cap. 8. n. 30. Bartholm. Hum. in lib. 13. tit. 13. p. 2. in gloss. 4. in verb. *nin fuerça*, Michaël Axia de exhibend. auxil. fund. 26. Cæned. in q. can. 45. n. 8. imò hoc idem probat Doctorum caterva de hujus cognitionis justificatione tractantium, quorum nomenclaturam adjunximus supra. c. 1. num. 16.

Hujus enim articuli cognitio, an appellationi sit de- 182 ferendum, vel non deferendum respectu iudicis à quo, nihil juris habet, sed est quid facti, separatum à causa principali. Istud est pulchrum dictum Philip. Fran. in capit. constitutus 45. sub num. 9. de appellatio. quem referens sequitur Sigismundus Scacia tractat. de appellatio. quest. 11. articulo 1. sub num. 4. versicul. infero ex hac secunda, quod cum hæc admissibilitas appellationis respectu iudicis à quo sit quid facti, & separatum à 183 causa principali appellationis, licet fieri potest per iudicem à quo, etiam carente jurisdictione suspensa tacite jure operante, à quo statim inhibitor, etiam si non deferat: ex l. 1. ff. nihil novari appellatione pendente, cujus articuli cognitio, & decretum non facit jus inter partes, nec perpetuum præjudicium, quominus 184 iudex superior de appellatione cogniturus, quid sibi de jure videatur, decernere queat, ut latè probant Philip. Franchi. & Scaci. locis citatis, & vide quæ nos latius cap. 1. prælud. 5. à princ. & præcipue fundam. 3. à num. 211. ubi etiam quòd iudex à quo, quoad sui instructionem, & animi deliberationem adhibet cognitionem circa naturam appellationis, effectum ut ipse deferat.

Secundò notandum est, quod circa hanc admissibi- 185 litatem appellationis, quod est qui facti (ut dixi) multominus se intromittunt Regii Consilarii, quàm iudex à quo carente jurisdictione quia iste ad sui instructionem cognoscit, aut ipsemet sit delatus, vel non delaturus, illi autem ad hunc effectum non cognoscunt, quia ipsi non decernunt deferendo appellationi, vel delationem denegando; sed duntaxat, an iudex à quo debeat, vel non debeat, deferre, & sic an vim intulerit denegando delationem, exequendo appellatione pendente

pendente ad summum Pontificem, quod quidem (ut vides) adhuc est multum distinctum & separatum, tam à causa principali, quàm ab illa facti cognitione permittitur iudici à quo carenti jurisdictione juris ministerio, cujus longè minus est, ac ideo per Senatorem sibi ipsi remittitur causa ad deferendum ex nostra l. Regia ibi: *Provean que el tal juez la otorgue*, &c. de quorum verborum mirabili intellectu, & interpretatione latius agimus infra, cap. 3. per totum.

186 Tertio notandum est, quòd cum finis, & intentio hujus charitativæ protectionis, & recursus Regii illud respiciat, ut jura, & decreta canonica serventur, nihilque contra jus violenter fiat, quo detinetur impetus iudicis Ecclesiastici, ut liberè oppressus appellans queat securus adire superiorem, interimque omni sint in eo statu, quo erunt tempore appellationis, donec iudex superior (cujus iudicatio & auctoritas contempta defenditur, & juvatur) de debito remedio provideat, admitendo vel non admitendo appellationem, infirmamando per viam attentati, vel confirmamando executionem

187 nem appellatione pendente, factam, cujus vera & propria cognitio est ex iuribus vulgaribus, ut dicit Cæned. in quest. canonice. 45. sub num. 22. ad fin. Olivian. de jur. fise. r. num. 54. Sese de inhibito, cap. 8. §. 3. sub num. 70. & omnes Doctores citati supra, notab. 1. quoniam ut modò dicebamus admissibilitas, vel non admissibilitas

188 appellationis, delatio concessa, vel denegata per iudicem è quo, non facit jus inter partes respectu iudicis ad quem, ut post Philipp. Fran. Cæs. Contar. & alios tenet Scacia ubi proximè citatus notabil. 1. n. 184. Etenim hac in cognitione, & recursu supremi Consilii ministri sunt Ecclesiæ, dirigentes iudices indifferetores per legitimos juris tramites, ut dicunt Cæned. ubi proximè, n. 9. Llam. 1. part. metod. 3. p. c. 12. §. 7. pag. 839. Sese, & Oliv. modo citati.

190 Sequitur, ut hoc remedium violentiæ, & ejus decretum non sit impediendum, quominus iudex superior dum de appellatione cognoscit, queat illud judicare, & terminare, secundum quod sibi de jure videatur, ita ut si ipse declarat tanquam attentata revocanda gesta ab inferiore post appellationem (non obstante decreto tribunalis Regii vim non fieri cernentis) nihilo-

191 minus reponenda sunt ex supradictis & quia tribunalis decretum non est sententia, quæ faciat instantiam, sed est actus quidam extrajudicialis, extrajudicialiter actum, quod quidem nunquam transit in rem judicatam, sed interim ei statuit, donec superior de causa cognoscens, aliud censeat, ita docent Immol. in cap. fin. & 12. de presump. ubi Abb. sub n. 15. post princ. optimè Lapus allegatio. 61. num. 4. versic. & extrajudicialis. Card. Tuschus practico. concl. lit. E, concl. 5003. n. 7. por notata in dict. cap. fin. Rebuff. in tractatu de appellatio. in præfatione num. 69. & 70. tom. 3. fol. 468. idem Abb. in cap. 1. n. 13. post princ. de iis que sunt à majori parte Capit. Cardinal. consil. 140. factum tale est magister, Felin. in d. c. fin. sub num. 33. ad finem. Hieronymus Gonzal. de mens. & alter. gloss. 9. in adnotatio numero 31. & quia in ea cognitione Senatus non se intromittit circa justitiam aut injustitiam appellationis & negotii principalis quia ipsa reservata & illibata semper remanet superiori, prout probant nostræ legis verba, ibi, *proveam que el tal juez la otorgue, porque las partes puedan seguir su justicia ante quien y como devan* que hoc modo interpretanda sunt, & intelligenda, quorum verus sensus est iste.

192 Illò tamen addito, quòd si iudex superior injustè revocaverit hanc inferioris executionem) sive circa illam per viam violentiæ aditus fuisset Senatus, sive nò, sed illam fecerit ex proprio motu) licet poterit gravatus appellare, & ejus vigore ad illum Senatorem recurrere per hanc viam violentiæ sub cujus districta degerit superior, quo declarabitur secundum naturam, & quali-

tatem appellationis, an justa, vel injusta fuerit ab illo gravamine interposita, & hoc jure utimur.

Ex iis igitur (quæ verissima sunt, usu recepta, & in 194 dies practicata) cavendus est, vel potius cautè legendus, Ceval. (quem post hæc vidi) in tractatu de cognitione per viam violentiæ. 2. p. quest. 74. n. 74. & sequentibus, dum sub obscuris tamen verbis videtur contrarium allucinari, & sentire, quia imò casus per eum relatus multum conformis est nostræ doctrinæ opinioni, & praxi, de qua dubium nullum esse potest, quia omnibus iuris, & Regii recursus naturæ & principiis consona 195 est; quia postquam superior est aditus de causa cogniturus & ejus justitia principali, non est in consideratione decretum tribunalis eo respectu, non est de finire de viribus gravaminis, & attentati cognoscere, quia dum finis habetur, non curatur medio, l. mulier. ff. ad Trebell. Sese decis. 125. num. 7. tom. 2. quia tunc novus est articulus, nova persona, novum gravamen & novum factum; quare (ut dixi) nova appella- 196 tione opus est, si forte ipse superior injustè revocavit, ut attentatum, gesta ab inferiore, & ita de novo potest etiam pars gravata appellare, ut dictum est.

Quod clarè, & pulchrè insinuat Cæned. in canonice. 198 quest. 45. num. 48. ubi dicit, quòd cum hic recursus sit inventus, ut iudex conquiescat, donec superior, ad quem appellatum est, aliud judicet, cognoscens de justitia causæ principalis, quo cognito, si iterum illam remittat iudici à quo, tollitur effectus decreti Regalis quo illi iustum fuerat deferre, & reponere quæ doctina elegans est, per consequens multò magis intelligenda est in iudice superiore, cum quo decretum Regium non loquitur.

## Decretum Formula.

IN hac igitur extrajudiciali cognitione per viam 199 violentiæ, ubi scilicet, adesse asseritur ob denegatâ dilationem appellationis, & ejus executionem, tunc post actionem inspectionem, multifariam solent Senatores Regii decernere. Etenim licet iudex Ecclesiasticus (de cujus violentia conqueritur in Senatu ob denegatam delationem appellationis ab eo interpositâ) sit ordinarius, sive delegatus, sive exequutor, sive conservator, quintuplex reperitur genus decretorum duntaxat. Et primum genus est, quando inspecto processu *Y si por el les constare que la appellacion esta legitimamente interpuesta, quando la fuerça, provenan, que el tal juez la otorgue, porque las partes puedan seguir su justicia ante quien, y como devan, y repongan que despues della vuere hecho*; quam formam dat nostra l. Regia 36. cujus dicta verba sunt, ex quibus colligitur, quòd si natura appellationis, & qualitas benè perspecta, non alterata, nec variata per modum & formam procedendi, aut proponendi dicitur, & postulet utrumque etiam suspensivum, & devolutivum affectum, ita ut suspendat effectum sententiæ sive diffinitivæ, sive interlocutoria (casibus, quibus legitime appellatur quoad utrumque effectum, de quibus diximus infra, 2. part. cap. 1. & ferè per totam. C. 2. part. 3. & 4.) sive judicialis, sive extrajudicialis de quibus omnibus suis locis diximus) quominus iudex Ecclesiasticus illam queat exequi de jure; meritò vim fieri in Senatu declarat ut hoc modo: *Dixeron, que 200 el juez Ecclesiastico en no otorgar la appellacion al dicho N. haze fuerça, la qual quando y quando, mandaron, del provision para que el dicho juez otorgue la dicha appellacion para que el dicho N. la pueda seguir quien debe, reponga todo lo por el echo, y executado despues de la legitima appellacion, y en el tiempo que se pueda interponer, &c.*

Ex qua decreti conceptione evidenter colligitur, 202 Senatores Regios, non pronuntiare principaliter in causa, sed causativè, & per modum causæ, ut eleganter considerat Navar. in d. repetit. cap. cum contingat, vers.